Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8478
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Petri

et orent sup eum vngentes eũ oleo in noĩe dñi et
oro fidei saluabit infirmũ et alleuiabit eũ dñs et si
in peccatis fuerit remittentur ei Confitemini go alterutrum
peccata vestra et orate pro inuicem ut saluemini Multum enim
valet deprecatio iusti assidua Helias homo erat similis
nobis passibilis et oratione orauit vt non pluueret super
terram et non pluit annos tres et menses sex Et rursus
orauit et celum dedit pluuiam et terra dedit fructum
suum Fratres mei si quis ex vobis errauerit a veritate
et conuertat quis eum sciat qui conuertit peccatorem
ab errore vie sue saluabit animam eius a morte
et operit multitudinem peccatorum

Symon petrus filius iohannis primus galilee a vicibus
bethsaida frater andree apli dicitur saluatoris multum to
to orbe diffusus et pregnos in hoc sancto monet et per
ceptis vite pacifice et in nouam vitam perfec
tam sollicitudine exhortatur

Petrus apostolus ihesu xpi electis aduenis
dispersionis pontii galatie cappadocie
asie et bithynie secundum presciam dei pa
tris in sanctificatione spiritus in obedientiam
et aspersionem sanguinis ihesu xpi Gratia vo
bis et pax multiplicetur Benedictus
deus et pater dñi nri ihesu xpi qui secundum magnam mi
sericordiam suam regenerauit nos in spem viuam per resur
rectionem ihesu xpi ex mortuis in hereditatem incorruptibilem
et incontaminatam et immarcescibilem conseruatam in ce
lis in nobis qui in virtute dei custodimini per fidem in sa
lutem paratam reuelari in tempore nouissimo in quo exul
tabitis modicum nunc si oportet contristati estis in varios tempta
tionibus vt probatum fidei vestre multo pretiosior sit au
ro quod per ignem probatur inuenietur in laudem et gloriam
et honorem in reuelatione ihesu xpi quem cum videritis
diligitis in quem nunc non videntes credit credentes autem exultabitis letitia inenarrabili et gloriificata
reportantes finem fidei vestre in salutem animarum vestrarum De
qua salute exquisierunt atque scrutati sunt prophete qui de gratia
in nobis futura prophetauerunt scrutantes in quod vel qua
le tempus significaret in eis spiritus xpi testificans eis que
in xpo sunt passiones et posteriores glorias Quibus reue
latum est quoniam non sibi ipsis ministrabant ea que
nunc nunciata sunt vobis per eos qui euangelizauerunt vobis
spiritu sancto de celo misso in quem desiderant angeli prospicere
Propter quod succincti lumbos mentis vestre sobrii perfecte
sperate in ea que offertur vobis gratia in reuelatione ihesu
xpi qui filii obedientie non configurantes pristinis igno
rantie vestre desideriis secundum eum qui vocauit vos sanctum
et ipsi sancti in omni conuersatione sicut ipse est Sanctus
quoniam ego sanctus sum Et si patrem inuocatis eum qui
sine acceptione iudicat secundum singulorum
opera in timore incolatus vestri tempore quisquam scientes quoniam
corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana
vestra conuersatione paterne traditionis sed pretioso sanguine
quasi agni incontaminati et immaculati xpi Procognitus
quidem ante constitutionem mundi manifestatus autem nouissimis
temporibus propter vos qui per ipsum fideles estis in deo qui suscitauit eum a mortuis et dedit ei gloriam vt fides vestra et
spes esset in deo Animas vestras castificantes in obedientia
veritatis in charitatem fraternam sine ficta simplicia ex corde mu
tuo diligite attentius Semen non ex semine corruptibili sed incorruptibili per verbum dei viui et permanentis
qui omis carnis fenum et omis gloria eius tanquam flos feni Exsiccatum est fenum et flos cecidit verbum autem domini manet in eternum

Hoc est autem verbum quod euangelizatum est vobis Deponentes igitur omnem ma
liciam et omne dolum et simulationes et invi
dias et omnes detractiones sicut modo infantes nato
nabiles sine dolo lac concupiscite ut in eo crescatis in
salutem si tamen gustastis quoniam dulcis est dñs Ad quem ac
cedentes lapidem viuum ab hominibus quidem reprobatum a deo
autem electum et honorificatum et ipsi tanquam lapides viui
superedificamini domus spiritalis sacerdotium sanctum offerre
spiritales hostias acceptabiles deo per ihesum xpm quoniam
quod continet in scriptura Ecce pono in sion la
pidem summum angularem electum pretiosum et qui credi
derit in eum non confundetur vobis igitur honor credentibus
non credentibus autem lapis quem reprobauerunt edificantes
hic factus est in caput anguli et lapis offensionis et
petra scandali his qui offendunt verbo nec credunt in quo
et positi sunt Vos autem genus electum regale sacerdotium
gens sancta populus acquisitionis ut virtutes annuntietis eius
de tenebris nos vocauit in admirabile lumen suum
quod aliquando non populus nunc autem populus dei qui non misericordiam
consecuti nunc autem misericordiam Karissimi obsecro vos tanquam
aduenas et peregrinos abstinere vos a carnalibus desi
deriis que militant adversus animam quam conuersationem vestram
gentes habentes bonam vt in eo quod detractant de vobis tanquam
de malefactoribus ex bonis operibus vestris considerantes glorificent deum in die
visitationis Subiecti estote omni humane creature propter dñm siue regi qui preest
siue ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam
malefactorum laudem vero bonorum quia sic est voluntas dei
vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium homi
num ignorantiam qui liberi et non qui velamen habentes malitie
libertate sed sicut serui dei Omnis honorate feminam
diligite dñm timete regem honorificate Serui subditi estote in omni timore dñi non tantum bonis et mode
stis sed etiam discolis Hec est enim gratia si propter conscientiam dei
sustinet quis tristitias patiens iniuste quae enim gratia
est si peccantes et colaphizati sufferetis si buffatientes
patienter sustinetis hoc est gratia apud dñm In ho
c enim vocati estis quia et xpus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia eius Qui
peccatum non fecit nec inuentum est dolus in ore eius qui cum
maledicerentur non maledicebat cum pateretur non comminabatur tradebat autem iudicanti se iniuste qui peccata nostra
ipse tulit in corpore suo super lignum ut peccatis mortui
iustitie viuamus cuius liuore sanati sumus Erratis enim sicut oues
errantes sed conuersi estis nunc ad pastorem et episcopum
animarum vestrarum

Similiter mulieres subdite sint viris suis
vt et si qui non credunt verbo dei per mulieres